



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Communio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

**E**Xcommunicationem Papalem Clementis V. incurrunt Religiosi administrantes personis secularibus Sacramenta Extremæ Vnctionis, Matrimonij, & Eucharistiæ, sine expressa licentia Parochi; qui est proprius in sua Parochia Curatus, in tota Diœcesi Episcopus, & in tota Ecclesia Papa. tom. 1. quest. 56.

art. 1.

Noluit tamen prædictus Clemens V. priuilegia in contrarium concessa reuocare, nec potuit concedenda.

art. 2.

Concesserunt plures Pontifices Fratribus Minoribus, auctoritatem communicandi omnes seculares, licet eos non audierint in confessione, præterquam in Paschate, id est quando intendunt satisfacere præcepto communionis annuæ; quam tamen possunt peregrinis, & vagantibus conferre. art. 3. & 6.

Imò per gratiam Iulij I I. factam Minimis, etiam in Paschate, sine timore excommunicationis possunt illam indifferenter ministrare.



re, sed in suis Ecclesiis tantum. *art.*  
3. & 6.

Quinetiam per eundem *Iulium*  
II. possunt sæculares Sacerdotes  
etiam simplices non approbari ab  
Episcopo ad hoc, celebrantes in  
Ecclesia Fratrum minorum commu-  
nicare sæculares de licentia Fratrum.  
*art.* 7.

Et in Ecclesiis Monialium de li-  
centia Confessarij vel Capellani ea-  
rumdem. *art.* 9.

Quamvis non desint multi graues  
Patres asserentes, numquam fuisse  
intentionem Pontificis, vt Religiosi  
ministrant Eucharistiam sæculari-  
bus, quando præceptum obligat, vt  
in Paschate, & articulo mortis, nisi  
necessitas vrgeat, ex rationabiliter  
præsumpta voluntate Parochi; non  
tamen facile iudicandum est, eos, qui  
id attentarent, excommunicationem  
incurrere, præsertim si admittatur  
indultum *Iulij* II. etiam pro Pascha-  
te non fuisse reuocatum. *art.* 4. & 5.

In Indiis possunt Mendicantes Sa-  
cramenta ministrare de sola licen-  
tia Regis Catholici, qui ad hoc est  
Papæ delegatus, sine timore excom-



## 72      C O N C E P T I O.

municationis, etiam tunc temporis, quando sunt vbique Episcopi, cum non cesset functio legationis. *art. 11.*

Episcopus potest agere contra Religiosos, qui Sacramenta prohibita in *supradicta Clementina* administrant, vsque dum sua priuilegia probarint; nisi illa sint satis cõmuniter nota, vt in Religiosis Indiarum; aliàs faceret illis iniuriam. *art. 12.*

Episcopi, aut alij Clerici Episcoporum Ministri, impediētes Religiosos ab vsu priuilegiorum iam probatorum, incidunt in excommunicationem Papæ reseruatam; *ibidem.*

Religiosi possunt administrare omnia Sacramenta suis famulis, qui morantur intra claustra, & etiam degentibus extra claustra, quoad forum conscientiaē, oraculo viuæ vocis Pij V. *art. 14.*

## C O N C E P T I O.

**C**onceptam fuisse B. Mariam cū peccato, aut sine illo, licet in particulari tenere sine offensa, imò disputare in Scholis, quando abest scandalum. *tom. 1. q. 57. art. 2.*

In